

A quidam eorum, audito, quod unus sociorum in nocte sanus, manē mortuus inventus esset, complōis manibus dixit: Et quid vultis? Secundum usum & consuetudinem Ecclesie mortuus est, ut videtis. Vidi ego ipse in Ecclesia eadem infra paucos annos quatuor Archidiaconos sic defungi. Vide lectorem, mirare miraculum. Primus eorum de equo phalacro & grandi cecidit, fractisque cervicibus expiravit. Secundus manē in cathedra sedens mortuus est reperitus. Tertius in choro stans, cum ad Missam elevatio corporis Christi fieret, cecidit resupinus, & subtracta loquela cum sensu, quasi brutum animal, die tertia sine sacramentis Ecclesie esset defunctus. Quartus confessionem peccatorum, & sacramenta reculans, mortuus est, & extra cœmeterium sepultus. Lib. 1. cap. 19. part. 10.

Berengariani.

Sunt hæretici Sacramentarii, qui parvi facientes repetitam Berengarii Archidiaconi Andegavensis Palinodiam erroris, quem professus fuerat, circa veritatem Christi in Sacramento Eucharistie; illius errori elidunt adherere, figuram veritatis supponentes, & Dei verbum adulterantes. De quibus Tit. de Eucharistia, & Hæresi.

Bestia.

Vide Titulum de Animalibus, Amore, Odio &c. Denique Tit. de Clementia, Humanitate, Crudelitate, &c.

Bibaces.

Bibendi studium. Confulite Tit. de Ebrietate.

INGENERE VINOLENTI.

BIBACES.

Agamemnoni Græcorum Imperatori, Achilles per iurium obijcit, quod sive Bacchus esset. Iliad. a. Et Iliad. B. ubi Trojano numero longe inferiores Græci esse ostendere vult, censum symposiis potius quam militia convenientem instruit, inquit: Si nos Græci per decades distribuamur, & singulis decadibus singuli Trojani ministrent atque propinent, multæ decades pocillatore carebunt.

Egyptios vocat Dion Academicus ebrios, id est, in vinum proclives, ac philopotas: quoniam apud eos comperta primum traditur vitis in Plinthe civitate, quod Hellenicus scribit: ac inde factos vinolentos. Cal.

Scythas, quod & robusti sint, ac habitu calidiores, vinosos esse constat, ad eum cum ad meraciū bibendam quem Græci adhortantur, illud insufurrare sit moris, ut testatur Herodotus: ebrios Scythos, id est, Scythilatos. Cal. & El. l. 2. c. 7. Inter pocula & temulentiam, arcum nervos interim pulsan, quasi voluptatibus remissum revocantes animum. Plut. in Demet.

De Parthis verere proverbium dictum est: Quod plus biberint, eod plus fure. Habet hoc temulentia, ut posteaquam obfurdum palatum, magis ac magis cupiant haurire. Eras. in adag.

Cum alii Byzantinos ut ebriosos perstrinxerunt, tum Menander sic eos arguit: Byzantium ebriosos reddis hospites, Potando nosse perdere integras solent.

Nicetas libro primo. Carpuntur Argivi ac Tirynthii velur vinolenti ab Ephyppo in Bufride. Athen. lib. 10. cap. 13. Elia. lib. 3. var. hist. Corynthios legit.

Harmodius Phigalenses bibaces esse scribit, qui vicini Dunt Messeniis, atque vagari per cauponas consueverunt. Athen. lib. 10. cap. 13.

Ex bibacitate Xenarchus Rhodius Metretes est nuncupatus. Cal. lib. 29. cap. 1. ex Athen. lib. 10. cap. 12. qui Euphoriem poetam testem vocat.

Alchines orator insignis, moribus à Demosthene planè diversus, egregius potator dicitur à Philostrati sophistis.

Jonem Chium poetam fama est, modum in bibendo vino non tenuisse. El. lib. 2. de var. hist. & Athen. lib. 10. cap. 12.

Erat bibax Philippus Alexandri pater, ut Theopompus narrat lib. 26. Hist. Tibicina: Aristonicum citharædum, Dario-nem tubicinem, & quosdam alios symposias secum semper circumducebat. Cum totam noctem bibisset, omnes alios discedere iussit, jam die adventante, petulanterque egit in Athenienfium legatos. Scribit Carystius in Historiis commentariis, quod ubi Philippus ebrius fieri decrevisset, hoc dicebat: Oportet bibere: satis est enim, ut sobrius sit Antipater. Athen. lib. 10. cap. 12. Philocrates & Alchines, Athenienfium legati ad Philippum missi, cum domum redirent, regemque eo nomine laudarent quod strenuè bibisset: re-

pondit Demosthenes, Habet hanc virtutem cum sponsia E communem. Plut. in Demosthene.

Alexandrum Macedonem insignia dehonefaturum vitia, vini que aviditas in primis, ad eum ut ex vinolentia biduum læpè obdormiret integrum: quod in Ephemeride ipsius, Cædianus attestat Eumenes, ut Diodorus præteream, & in Dipnosophistis Athenæum l. 10. c. 11. qui eum in curru alinorum lascivisse scribit. Jactatum paulò minius proverbii loco, Αλκαίδρου πικρόν πικρότατον & βασιλεύς: Alexandrum bibendo regè præcelluisse. Certè ex ebrietate veneris usus et hebetior fuit: quod Theophrastus probat, & in epist. Hieron. Græcus auctor retulit. Proinde valet Arianus, qui conjecturis rem toto (quod dicitur) cælo notissimam nitur expurgare. Cal. l. 2. c. 20. A. L. & Plut. in ejus vita. Quinta die mensis perpetavit apud Eumeum, sexta crapulam edormivit: neque plus illo die vixit, quàm quod surrexit, & ducibus de crastina profectio-ne mandata dedit, inquit, eam summo mane futuram. Septima deinde die epulatus apud Perdicam, se rursus vino ingurgitavit, & octavo dormivit, 15. die ejusdem mensis iterum indulfit vino, & sequenti solito more, crapulam somno decoxit, 24. cenavit apud Bagoam, post triduum dormivit. F. Elia. lib. 3. de var. hist. Ad unumquemque calicem, multo colloquio sermonem protrahere solent scribit Plut.

Phylarchus Antigonom regem asserit. Hist. 6. bibacem fuisse, ac dormire consuevisse, rursusque vesperi expegefactum bibere. Jus dicebat raro sobrius. Duo erant qui regnum gubernabant, Aristæus, & Themifion fratres, genere Cyprii. Athen. lib. 10. cap. 12.

Antiochus etiam Epiphanes erat bibax, qui obfes fuit apud Romanos. Athen. lib. 10. & Elia. lib. 2. var. hist.

Bibax erat & nominis ejusdem Antiochus, qui contra Artaxerxes bellum gessit in Media, & ab eo prælio victus est. Fertur Artaxerxes, cum eum sepeliret, dixisse, Fecellit te Antioche, vinum & audacia speraveras enim Artaxerxes imperium in magnis poculis te esse bibaturum. Ibid.

Polyb. l. 29. Teuthionem asserit Illyriorum regem multa lasciva ob bibacitatem egisse, nocteque ac die semper fuisse ebrium: tum Pleuratium fratrem suum, qui Menonij filium in matrimonium erat accepturus, occidisse, puellamque accepisse, ac subditis eodem pacto usum fuisse. Demetrium etiam affirmat l. 33. qui ex Roma obfes auferit, Syriac imperatorem, plurimam diei partem fuisse ebrium. Præterea l. 32. Oropthemem narrat, qui breve temporis spatium regnavit in Cappadocia, patriasque institutiones neglexit, primum vociferationem Bacchi, ac artificiosam intemperantiam introduxisse. Athen. lib. 10. c. 12. El. lib. 2. var. hist. Oropthemem vocat.

Inter bibaces connumerat Theopompus Dionysium juniorem, Siciliæ tyrannum, cui etiam oculi erant hebetes ob vinum. Aristoteles in Syracorum Republica ipsum narrat continuè ebrium fuisse, aliquando per dies nonaginta. Athen. lib. 10.

Theopompus l. 45. de Timolao Thebano inquit: Cum multi intemperantes circa vitium quotidianum existerent, ac potum, nullum tamen in rep. magis vel intemperantem, vel gulosum, vel voluptatum servum existerit. Ibidem.

Cratinus Comicus vino ita deditus fuit, ut poetam fieri posse negaret, qui non vini esset appetentior: vinum enim vice magni equi poetis esse, nec aqua bonum condi carmen. Sunt qui perisillie scribant, cum pleno vase vinum effundi cerneret. Gyrat.

Effertur adagium apud Diogenianum: Δεινός εστιν εἶναι ἄνθρωπον ὃν ἔχει, διότι δ' ἀπορροῖται. id est, Vir Delphus cum portet serra, sicut exanimamur.

Natum est à moribus Conæ cuiusdam. Is primus erat tibi-ciosus, atque in conviviis assiduè coronatus potabat. Nam præcis mos erat, in compositationibus coronas gestare. Deinde è tibi-ciosus factus est Olympionices, atque in Olympiis sæpè victor coronam tulit; unde Cratinus eum πῶλον εἶπεν vocat. Alioqui pauperissimus, neque tantillo ditior factus suis victoriis. Nil enim habuisse fertur præter oleastrum. Erasimus.

Apud Plautum in Pseudolo, Servus ebrius diis proximum putat, manu candida cantharum dulciferum propinare mississimam amicitiam. Erasim. in adagis.

M. Cato minor, quamvis omni virtute esset cumulatissimus, interdum tamen cum amicis dabat operam compositationibus tota nocte ad aurorum usque. Hoc ebrietatis vitium præcipuè illi obijcit Cæsar duobus libris, quos vocavit Anticatores. Plut.

Romanorum temulentiam C. Titius in oratione, qua legè Fanniam suavitè describit. Macrobius lib. 3. Sat. cap. 16. Ter-

exhaustisset. Fuisse verò unum, qui XVIII. mensuras Ger-E inanicis exhaustisset.

IN SPECIE RESPECTU STUDII, CUPIDITATIS

bibendi. Quatenus Appetitus excitatur.

De Rom. sui temporis inglavie sic scribit Plin. l. 14. c. 22. Nos vinum bibere & jumenta cogimus, tantoque opere, tanto labore & impendio constat, quod hominis mentem mutet, ac furorem gignat, millibus sceleribus deditis tanta dulcedine, ut magna pars non aliud vitæ præmium intelligat. Quinimò ut plus capiamus, sacco frangimus vites, & alia irritamenta excogitantur: ac bibendi etiam causa venena consuevit, alius cicutam præsumuntibus, ut bibere mors cogat, alius pumicis fatinam, & qua ferendo pudet docere. Cautissimos ex his balineis coqui videmus, exanimèque effertur. Jam verò alios lectum expectare non posse, imò verò ne tunicam nudos: ibi proximus anhelos ingentia vasa cotripere, velut ad ostentationem virtum, ac planè infundere, ut statim evomant, rursusque hauriant, idque iterum tertiumque: tanquam ad perrenda vina geniti, & tanquam fundi illa non possint, nisi per humanum corpus. Hoc pertinet peregrinæ exercitationes, & volutatio in cæno, ac peccatorosa cervicis repanda ostentatio. Per omnia hæc prædicatur sitis quærit. Jam verò quæ vasa adulteris celata: tanquam per se parum doceat libidinis temulentia. Ita vina ex libidine hauriantur, atque etiam præmio invitatur ebrietas. Si diis placet, emittit alius, ut quantum biberit, tantum edat: & pretium vinolentia lege accipit. Alius quantum alea quæserit, tantum bibit.

Corpus munitur, ne vinum noceat.

Apud Egyptios solos legitimum est, in prandis ante omnia edulia elixas brassicas vel semen ejus comedere: quia ille ebrios fieri non patiuntur. Eadem de causa Sybaritas, priusquam bibant, brassicam comedunt, inquit Timæus. Quod autem Raphanum antiqui Brassicam appellaverint, Apollodorus Carystius testatur, & Alexandrides: Si lotus fueris nunc, multumque raphanum comederitis, quiescitis, gravædinem dissipabis, & præterem in fronte nebulam. De brassica scribit Theophrastus, etiam virentem vineam brassicæ odorem fugere. Athen. lib. 1. cap. ult. Dignof.

Vinum promittitur, petitur.

Anacreon Tejus suo sepulchro hæc inscribi voluit: Ἴδ' ἔσκε, τὸνδε τάρον τὸν ἀθανάτων ἀμύβαν, Πάριον ποί παρὰν εἰμὶ δ' οἰνοπότης.

Henricus Goticus Comes, abente qui cellæ vinarie claves haberet, subundus ostium calcibus invasi: arguenteque eum Phæbode de Turri, qui secum inquit erat, utque se fineret frangere repagulum, orante: Tace, inquit, me sitis, non te cruciat. An. Syl. lib. 2. Con. in Panormis.

Optatur vinum.

Melanthius sibi collum gruis optabat, quod bibendi voluptatem diutius sentiret. Clearch. apud Athen. lib. 1. cap. 3. Hoc idem Philoxeno Cithærio tribuitur, & Gnatoni Siculo.

Cum celebrarentur à Ferdinando rege, Hippolyta nurus atque Alphonfi filii nuptiæ apparatu splendidissimo (erat enim dies decurionis hastata, flagrabantque sub sole cuncta: convenerant autem mortales omnis generis ad spectaculum) cumque plurimi ludorum essent laudatores, vel plerique omnes admiratores potius: in media laudantium frequentia & plausu exclamavit Germanus quidam: O vahlantli, quibus nemo bibit. Pont.

Quantitatis. Qui Multum Bibunt, Citra ebrietatem, vel cum ebrietate.

Tit. Certamina cibi potusque sub tit. de Gula. Intemp. cibi. Cleja non solum cum feminis, verum etiam cum vitis potare ausa omnes superavit. El. lib. 4. de var. hist. & Ath. lib. 10. cap. 9.

Hætaclides pugil parem in bibendo non habebat: alios ad jentaculum invitabat, alios ad prandium, quosdam ad cenam: quibus omnibus sine interstitio succiebat solus Ravissus.

Anacharsim philosophum ajunt plurimum bibisse apud Periaridrum. Hoc enim vitium secum è Scythia attulerat. El. lib. 2. de var. hist.

M. Cicero filius, cum parens ejus fuerit abstinentissimus binos congios haurire solitus est, teste Plin. Temulentus M. Agrippæ scyphum impugit. Valer. Max.

De Germanis illud planè monstrificum (inquit Seneca) proximis annis in Gallia hominum in bibendo capacitatem fuisse

A Tergilla Cicetonem Marci filium binos congios simul haurire solitum ipsi obijci: Marceque Agrippæ à temulentio scyphum impactum. Nimium hanc gloriam auferre Cicero voluit interfectori patris sui M. Antonio. Is enim ante eum avidissimè apprehenderat hanc palmam, edito etiam volumine de sua ebrietate. Plin. lib. 14. cap. ult.

L. Corta vini appetentissimus, cum Cenor esset, atque Ciceroni sitientem in foro ad bibendum aqua efficit oblata, vocatis amicis: Circumtegit me, inquit, ne si Cenor videar, me aquam potare, senatu amoveat. Macrobius.

Tiberius Imp. vini potum cibos præcedere, edicto instituit. Etiamnum tyro in castris ubi videritatem passim pro Claudio Caldius, pro Tiberio Bibiis, pro Nerone Mero appellabatur. Sæpissimè quoque biduo integro potabat. Svet.

Trajanus Imp. moribus probatissimus fuit, duobus exceptis vitiis, quod vino & puerorum libidini indulserit. Dion.

Bonofus Hispanientis, origine Britannus, qui provinciarum, quas Germani tum pulsis Romanis occuparunt, dux fuit & legatus, bibit, quantum hominum nemo. De hoc Valerius Aurelianus Imp. sæpè dixit: Non ut vivat, natus B. sed ut bibat. Eum in honore habuit Aurelianus causa militiæ. Si quando legati Germanorum venissent, ipsos inebriabat, ut ab his per vinum cuncta secreta cognosceret. Ipse quantumlibet bibisset, semper sobrius mentisque compos, & adhuc in vino prudentior. Quantum bibit, tantum mixit: nec unquam pectore, aut veltica, aut ventre gravatus est, veretor crapulam elicere solitus. Imperium in Galliis arripuit, viculique à Probo, laqueo vitam finivit. Tunc quidem juvenis extitit, Amphoram pendere, non hominem. Cap. & Aventinus l. 2. Annalium Bojorum, ex Vopisco. Aa. Dd.

Licinius Imp. Roman. vinolentorum Achilles nominatus est. Gualdo Bivur.

In Silbanum vino somnoque deditum, Pall. in 2. Epigr. sic ludit: Σὺ δὲ βάρε δὴν πᾶσις ἔχων, εἰς τὴν δ' ὄρω, Οὐκ ἔτι τὰς μέσας, εἰδὲ σίμυς εἶμι, Ἀλλ' ὃ δ' ἐν λυγίων ἕρπονθ' ἐς ὄρηα δέχεται, Ἄλλ' ὃ δ' ὡς θαλάσσης περὶ γῆρας κάρηται.

In Myrtalem Martialis Epigr. lib. 5. sic ludit: Fustere multo Myrtale solet vino: Sed fallas ut nos solia devorat lauri, Merumque cava fronte non aqua miscet. Hanc turubentem prominentibus venis Quoties venire, Paule, videris contra, Dicat licebit, Myrtale bibis laurum.

In Felceniā idem lib. 1. in hunc modum: Ne gravis hestero frages Fesceniā vino, Pastillos Cosmi luxuriosa voras.

Panaretum potorem, Mart. lib. 6. arguit, quod solus amplissimam vini lagenam exsiccallet.

Mater vini filio petenti vinum negat, in Epigr. eis μέδους: Πᾶς ποτὶς δ' ἄνθρωπος εἶναι πᾶσις ἔχων, Δὲ πᾶσις αἴνιο, ἐπεὶ γὰρ τὸ πρῶν ἔδωκας, Ἐ πᾶς, εἰ μὴ δ' εἶδον εἶναι γὰρ τὸ πρῶν ἔδωκας, Νῦν δ' ἴδω τίς τινε ἔδωκας, ἢ σβέντι πᾶσι τοῖς δὶ γὰρ.

Metreo, anus ebriola, Aufonius nota crimine, sic dicta, quod infusum vinum non diluere undis.

Potare immisum sueta merumque merum. In Appianum duceb ebrium, ἄς δὲ π' ἴπενε δίκτυμ, in 2. Epigr.

Τράμμα σκεπὸν ἔχων τὸ ἀποκρίθων ἢ ἀπέλν τις τῆσσι, αἰκίον κτῆν ἀπὸς ὄρωμα.

Glossa in c. Moyse. 32. q. 2. dicit, quod secundum opinionem quorundam anima habitat in sanguine: Et hoc argumentum est pro Normannis, Anglis & Polonis, ut possint fortiter bibere, ne anima habitet in sacco.

Alexander, dux Moravia, egregius potator, cum mortem obisset Vienna, diemque illi (ut vocant) trigessimum in templo divi Stephani, cui præfuerat, Canonici multique viri nobiles celebrarent: Sacerdos quidam, qui subundus cellam vinariam præpositus intraverat, vidisse se inter doctia deambulante affertur: & ad Ecclesiam reversus, cum orantes adhuc Presbyteros invenisset: Quod Alexandro inferas (inquit) agitis? Ille in suo tempore letus agit bibique, vos autem hic sitis aesticis. Anas Syvius lib. 1. Commentariorum de rebus gestis Alphonfi.

De Martino Lutbero, vide infra §. de Vasti. Item Tit. de Combibonibus, in Littera C.

Refert Camerac. bon. succi part. 1. cap. 44. fuisse celebratas nuptias in Narisicis, ac proposita præmia illi, qui plus vini

A Nocturno certare mero, potare diurno
 Vatibus ut libeat, quis veteri historicis?
 * Bibere, ad libitum. Coactis.
 Laudatur in convivio, quod Affuerus Rex celebratimum
 instruerat, neminem fuisse, qui cogere ad bibendum;
 sed fuisse unumquemque quod vellet, ex Regis præscripto,
 uti etiam notavit Josephus, & interpret Chaldaeus.
 Hest. cap. 1.

Argutè illa in Anthologia, 1. lib. 1.
 Αἰνῶδες ἴδιον αἰὲν ἔστιν, ἢ τὸ ἀνῶδες
 Ἰσοπέδιον ἴδιον τῶν ἄλλων, quod sic vertitur.
 Spontaneus haustus semper dulcissimus est: qui veris sit secus,
 Injuria vinum, & vinum bibentem afficit.
 Galerius vir eruditus ad largiora pocula incitatus ab hospite,
 à quo se nequibat expedire, canem forte faturum in
 triclinio procumbentem adpexit, hospitique molestant impudentiam
 hac occasione retorsit: Num isto cane insipientior me vultis? Refert Joan. Frid. Matensius c. 20. lib. 1. de
 ritu bib. ad San.

Litteratus Adolefcentis à Principe quodam ad largius bibendum
 invitatus, Veniam, inquit, concede Princeps, à bestia parum absum,
 vult ne exced. T. me bestiam fieri? Iov. Legatur S. Aug. ser. 231. de tempore, ubi luculenter hanc materiam
 pertractat, uti & Amb. lib. de Elia & Iejunio cap. 14.

In septem Sapientum convivio apud Plutarch. fit unicuique
 potestas, quid quantum sumendi.

Carulus Magnus, ut ait auctor T. Iosian. lib. 11. de Rep. cap. 9.
 hanc coactionem bibendi omnino inhibuit.

FINIS. INEBRIARI CAUSA
 Valerianus.
 Κωδωνίον ἢ κωδωνίον dicebatur, qui largius biberent & potatione
 largiore κωδωνίον appellabatur. Eam Mnesticus medicus apud
 Athen. 1. 11. putat condicere valeriano corporum. Plato corrigendis moribus,
 Seneca ingenio: excludunt tamen ebrietatem, nec id nisi rati fieri sinunt.
 Erasim Adag. Voluptatis.

Plurimum bibebat Nifeus, Syracusorum tyrannus, cum cognovisset
 se paucos menses victurum. Athen. 1. 10. c. 12.

Quidam ex conviviis dixerat: Anacharsidis, Uxorem duxisti admodum
 deformem. At ille, Proculus, inquit, idem mihi videtur. Sed heus, puer,
 porrigere poculum meracius, ut illam facias formosam. Nempè non
 solum amanti, vetum etiam ebrio tā μὴ κατὰ κατὰ ἀνταρτα, quemadmodum inquit Theocritus,
 Ἰνφρῆστιον.

Vide quæ paulo ante de poculo Lutheri diximus, S. Vasis. T. 1.
 Inebriandi instrumentum.

* Sanitatis alterius, & prosperitatis.

HINC RITUS BIBENDI AD SANITATEM.
 Invaluit inter Christianos ritus bibendi, si non ingurgitandi
 fe, super latente Imperator. Regis exercitus, amici absentis,
 infirmi, item successu alicujus negotii &c. Quod licet apud prudentiores
 non fiat, qui ea ratione aliquid illis quibus vult sanitate &c.
 accedere per ejusmodi potationem, aut deliberationem arbitrentur:
 nihilominus apud alios frequenter prabet occasionem ingurgitationis,
 dum ad haustus æquales provocatur, & contenditur, nonnunquam ad
 ritas & gravia jurgia, si quis non evacuat. Quem barbaricum morem
 S. Amb. suo etiam tempore, unde perantiquum esse constat,
 eliminare studuit, lib. de Elia, & Iejunio, c. 17. tanquam ab
 Ethnicis emanatum. Qui tamen ritus, modicum discretionem adhibeat,
 & index sit dumtaxat adfectus. rga hunc vel illum, abstrique importuna illa ad haustus
 æquales provocatio & obstinatio, honestæ hilaritatis in cætamentum
 esse potest, aliàs, ut verbo dicam, meræ insanie, & inconditæ
 scurrilitatis argumentum est, multa; mala importat.

Ἰστῆται in aulis, aliisque conviviis.
 In aulis, aliisque conviviis invenit est Parasitos, qui ut Principibus,
 aut aliis adulari videantur, bestiali nonnunquam ingurgitatione se replent,
 scurrilitati & insanie sue titulo præfixo, sanitate hujus, vel illius. Testis est Joan. Frider. in suo
 libello de hoc argumento, plures aulicos, hæc potatione, quæ ea occasione
 fecerant, libito corruisse, & extinctos esse.

Apud varias Gentes.
 Refert Olaus Magnus lib. 13. c. 14. de populis Septentrionalibus,
 religiosum apud eos censeri pro salute Regum ac Numinum bibere,
 & velut in agone contendere, qui uno haustu cyathum evacuet;
 unde & vala sua viridibus arborum ramis coronant, & eaque vacua capiti nudo imponunt.

Alibi fertur, ignem Regium ante aulas principum excitari,
 quem qui saltu violat aut incurrit, hunc ad amphoram

cerevisiæ; neq; enim vini ferax ea regio, evacuatam condennant,
 eoque haustu disturbancem ignis regii compendunt, lib. 15. c. 8. Memorat Alex. Guagninus in descripte. Polonie,
 apud Samatas bonitatem ministrari erui ex eo, quod quis ad salutem
 domini sui melius bibat, unde statim post dominum suum accipit
 portionem, ut ternos ministros alar.

Apud Russos & Moscovitas quoque Barbaricus hic mos observatur.
 Scitunt, ait Baro refus oculatus, homines invitare ad bibendum,
 cumque nullam habeant propinandi occasionem, incipiunt bibere
 pro sanitate Cæsaris, &c. Illorum nomine, neminem recusat
 poculum posse aut debere judicant. Gentiles olim Deos, semideoque
 mensis inferebant, ilisque litabant, & libabant vina præstantissima,
 eisdem salutando ac nomine suo quemque vocitando. Vide de eate Alex. ab
 Alex. lib. 5. Genial. aier. cap. 12.

Testis quoque Lipsius, Græcos solitos honori Heroum bibere,
 & inter pocula diti libare. Imò & patronis & amicis propinabant.
 Hinc Ovid. Thestem inducit ab Atheniensibus excepim convivio,
 qui ob illius adventum & gesta preclara, dicitur — Pro te fortissima vota

Publica suscipimus: Bacchi tibi summus haustus. Silius Italicus idem
 de Romanis fatetur, dum de Quinto Fabio Cunctatore scribit:

Nec prius aut Cererem, vel muner a gratia Lyæi, Fas cuiquam terigisse jurat, quam multa precatus In mensa
 Fabio, sacrum libavit honorem.

Observat Dion Cassius de Augusto, id Romanis solemne fuisse,
 ut per illius Genium jurarent, & in convivio pro illius salute
 libarent. Quin tot cyathos nonnunquam evacuas, quot literis
 nomine Regis confabatur, colligitur ex variis Scriptoribus.
 Sic legimus in antiquis Epigram. lib. 9. Epigram. 74.

Nunc mihi dic quis erit: cui te Calathisse deorum, Sex jubeo
 cyathos fundere? Cæsar erit. Iterum. Suis aptetur decies rosa
 cyathibus, ut sit Qui postulat sacra, nobile gentis opus.

Decies enim se bibiturum, & coronas rosaceas sumpturum, in honorem
 Domitiani, ait, cuius nomine t. literis confabatur. Ita lib. 11. ibidem,
 dum à morbo periculoso convalesceret, Cæsar Julius Proculus,
 restitutum illius sanitatem potando celebrat, & urget Pincernam, vinum fundat.

Quoniam, & sex cyathos, bissemque bibamus. Cæsar ut sit
 Julius, & Proculus. Vult tot cyathos tandi, quot literæ in triplici nomine
 repetuntur.

Idem de fœminis obtinet, in quarum gratiam bibebat, ut adfectum
 hac ratione ostenderet. Sic enim habetur 1. 1. Epig. Nevia sex
 cyathis: septem Iustina bibatur. Quingue Lydas, Lyde quatuor,
 Idatrius. Omnis ab infuso numeretur amica Falerio, &c.

Plautus meminit totidem cyathos in sponse honorem exhaustos,
 quot digitos in manu habebant; in Strycho: unde apud Græcos
 manavit Canto: ἡ τριτὴ τριε, ἢ τρία τριε, ἢ τρία τριε. Vide
 Lysipham in Antiq. Lectio.

Etiã absentium meminere inter pocula, quomodo Mecenatis
 fut absentis Tibullus meminit lib. 2. Elég. 1. Sed bene Messalam
 sua quisque ad pocula dicat: Nomen & absentis, singula verba sonent.

Narrat Arrian. lib. 8. de gest. Alex. Magni, quomodo Alexander
 ad componendam contortiviam, quæ orta erat inter Persas &
 Macedones, convivium instituit, in quo convivas agebant Persæ
 & Macedones, facillè numero novem milia, atque omnibus eundem
 craterem exhaurientibus, dederit, cum votis Regi utriusque regni,
 & exercitui prosperis, æternamque concordiam Persis &
 Macedonibus deprecantibus.

Ita in Belgio, initio civilium tumultuum, plerique nobiles pertæsi
 jugum & Christi & Regis, de novitia Religione, & regimine
 libertate consilia conulerunt, instructoque convivio fœdus inter se
 iniecerunt, eisque vinculis adamantinis, pleno cantharo libarunt.
 Quod felicis factum nuper, quando auspiciis Serenit. Principis Alberti, bellorum inducæ patet
 fuerunt, & pro perennis suscepta vota, etiam intermedium
 symposiis, patriæ gentis more: nihil unquam hie præter
 summam modestiam, & decorum ceteræ erant, ut decebat
 viros principes, qui utrumque conveniant.

APUD DEMONES, ET VENEFICOS.
 Cæterum à Veneficis quoque hunc ritum bibendi ad sanitatem
 principis Demoniurum nonnunquam usurpanti, constat ex depositione
 five cõfessione cujusdam Joannis de Vaux, Mo-

A Moachi Stabulenfis, qui inter alla narravit, quo pacto unâ
 cum spiritibus infernalibus nonnunquam sagæ & venefici accumbant,
 inter quos altiore subfello Beelzebuth præfider, & sumpto
 singulari poculo, ad sanitate illius, & optatum succellum
 infernalis cætus bibat. Refert Delvrio Tom. 3. Append. ad lib. 5.
 & alibi in disquisitione Magicis.

EVENTUS. EBRIETATE ALII.

Non immutantur. Qui vinum ferre possunt. Cambyfes Perfarum
 rex, licet immodico vino uteretur, tamen nec pede, nec manu
 vacillabat. Judicio id fuit, quod Præxapæ, qui illum ob
 ebrietatem reprehenderat, filio cor sagitta transfixit, cum
 se id facturum periculi causa dixisset. At in hoc quis mentem
 læsam fuisse dubitet! nisi quod tyrannicæque sobrii, atque
 ebrii, sibi ipsi similes sunt. Herod.

Darius Hystaspis, Perfarum rex, qui magos de medio sustulit,
 ita inscriptum habebat in sepulchro: Vinum multum bibere
 potui, idque perferre. Athen. lib. 10. cap. 11.

Chrestus Byzantius philosophia, vino deditissimus, cæteris
 in rebus continens, cum ad galli cantum sæpe calices protuberet,
 non prius tamen somno se quam studio dabat. Volat. 1. 14. c. 22. Anthr.

L. Pilo, vigente bello Actiaco, urbi custos, majorem partem
 noctis in convivio terebat, usque ad horam sextam diei ferme
 dormiebat. Interim tamen tutelam urbis diligentissimè
 administravit. Seneca ad Lucilium lib. 11. epist. 84.

Subarmachus satellitum dux, fidelissimus cunuchus Eutropio,
 plus vini bibebat, quam capere poterat. Sed tamen cæpi venter
 propter consuetudinem omnia ferebat ad naturalem humorum
 excessum. Ebrietatem autem dissimulabat, certo pedum
 ingressu, ob juvenilem ætatem. Erat autem regii generis Colchus
 germanus, ex iis qui ultra Phasidem & Thermodontem
 habitant, sagittarius optimus, nisi immodicus luxu suis eum
 sagittis confecisset. Svidas.

Juvantur. Perse cum facti sunt ebrii, de rebus maxime feriis
 confidere consueverunt. Quod autem consultantibus placuerit,
 id die postero ædium præfectus jejuniis, ubi consultantur
 conuenit, proponit. Quod si jejuniis etiam placuerit, tunc id
 perficiunt: sin minus, omittunt. Rufus verò, de quibus
 jejuni consultantur, ebrii decemunt. Athen. lib. 4. cap. 6.

Cratinus Atheniensis Comicus scripsit Pytinem fabulam,
 à vase vinario dictam: & Methen, id est, ebriam. Dicitur
 esse inde eulapione. In suis fabulis poetam quempiam fieri
 posse negabat, qui non vili esset appetitor: Vinum enim
 vice generosi equi potius esse. Gyr. dialogo 6. hist. Poet. De
 eo sic Horat.

Prisco si credis Mœcenas dolle Cratino, Nulla placere
 dicit, nec vivere carmina possunt. Que scribuntur aqve potioribus. Et Niceratus in 1. G. eorum Epig.

Ὀφείλει γὰρ ἄνθρωπος πῆλας πῆλας ἔσθαι, ἢ τὸν
 ἴδιον, καὶ οὐ τὸν ἄλλου. Ταῦτ' ἐστὶν ἄνθρωπος, ὃς ἐκείνου
 ἐξ ἑαυτοῦ ἀναστρέφεται, ἀλλὰ πῆλας ἑαυτοῦ αἰδέσθαι. Τὸ δὲ
 κατὰ τὸν νόμον τῆς ἀρετῆς, ἄρα τὸ κατὰ τὸν νόμον
 Μένωνος, κατὰ τὸν νόμον, κατὰ τὸν νόμον.

Alcaeus poeta, Aristophaneus Comicus, ebrii perven-

disa scripserunt. Athen. lib. 10. c. 9. Eschylus ebrius comedias
 faciebat, ut testis Chameleon. Quare malè auditur à Sophocle,
 quod cõvenientia quidem, non autem convenienter faceret.
 Athen. lib. 1. c. 16.

Ennius poeta nunquam accingebat se scribendis carminibus,
 nisi multo madidus vino. Hinc Horatius. Ennius ipse pater
 nunquam nisi potus ad arma profertur dicenda.

Martialis de seipso sic scribit: Possim nihil ego sobrius
 bibenti Succurrere mihi quidem poeta.

Læduntur, in univertum. Theognis suam ipse in Gnomis
 alicui sanctissimè intemperiem detegit, inquit:

Ὀφείλοισι κεραλίῳ Ὀνομάχοισι, καὶ μὴ βίαιαι Ὀφείλοισι,
 ἀπὸ γινώσκω δὲ ἐπὶ τῶν ταυτῶν. Ἡμετέροις τὸ δὲ δαίμα
 ἀναστρέφεται, ἀλλὰ γὰρ ἀσάδας. Περσῶν, μὴ πῆλας
 πῆλας ἔσθαι, ἀλλὰ τὸ κατὰ τὸν νόμον. Καὶ τὸν ἴδιον
 αἰδέσθαι, κατὰ τὸν νόμον, κατὰ τὸν νόμον.

L. B. Th. deat. vitæ hinc. Tom. 1.

Vino gravor caput Onomacritus, & mihi vim inferri vinum,
 & mentis non amplius ego sum cultos nostræ: at domus circumcurrit.
 Sed sanè furgens tentabo, num fortè & pedes vinum occupet,
 & mentem in peboribus. Timeo autem, ne quid stultum
 faciam ebrius, & magnum dedecus habeam.

De fructu ebrietatis hæc scribit Plin. 1. 14. c. 22. Tunc avari
 matronam oculi licentur, graves produnt marito: tunc animi
 secreta proferuntur. Alii testamenta sua nuncupant: alii
 mortifera loquuntur, reddituraque per jugulum voces non continent,
 quàm multis ita intemperet, vulgòque veritas jam attributa
 vino est. Interea, ut optime cedat, Solem orientem non vident,
 ac minus diu vivunt. Hinc pallor, & genæ pendulæ,
 oculorum ulcera, tremula manus, effundentes plena vasa,
 & (quæ sit pena præfens) furiales omni, & iniques nocturna,
 præmiumque summum libido tentosa, ac jucundum necas.
 Postera die ex ore halitus cadit, ac ferè vitum omnium oblivio,
 morsque memoriæ. Rapere se ita vitum prædicant,
 cum priorem diem quotidie perdant, illi verò & venientem.

Læduntur in specie. Huc ex Ebrietate. Imaginario depravata.

Apud Eurip. Polyphemus Ulyssis poculo degustato, inquit: Πῆλας,
 σοφὸν γὰρ ἔδωκε τῆς ἀνθρώπων. Mox inebriatus, dum in gyru
 videtur omnia agi, exclamat: Ὁ δὲ ἄρατος
 καὶ συμμυροῦντος δὲ δὲ καὶ τῆ γὰρ οὐκ ἔστι, ἢ δὲ
 ἄρατος. Cœlum mihi commixturum videtur terræ ferri:
 Jovis item sedem video.

Judicia iniqua, fulta. Romanorum iudicium intempessivam ebrietatem
 C. Titius Lucilius poëta in oratione, quæ legem Fanniam suscitavit,
 his taxat verbis: Dum ad Comitium eunt, nulla est in angipor
 tu amphora, quam non impleant; quippè qui vesicam plenam
 vini habeant. Veniunt in Comitium tristes, jubeat dicere.
 Quorum negotium est, narrare. Judex testes poscit, ipse
 iudicium. Ubi redit, ait: se omnia audivisse. Tabulas poscit,
 literas inspicit: vix præ vino sufficit palpebras. Eunt in
 consilium, ibi hæc oratio: Quid mihi negotii est cum istis
 nugatoribus? quin potius potamus multum vinum Græco,
 edimus turdum pinguem, bonum piscem, lupum germanum,
 qui inter duos pontes captus sit. Macroh. lib. 13. G Saturn. cap. 16.

Maximianus Daza dictus, Cæsar quadriennio per Orientem,
 à Galerio adoptatus, Augustus triennio fuit, amator literarum,
 ingenio quieto, sed vite avidior: unde nonnunquam ebrius,
 quædam corrupta mente jubebat aperiri, ut manè ignoraret,
 quæ præcepisset. Cisp. A. D. Oblivio sui.

De Tibicinibus, qui Roma Tibur fecerant, narrat T. Liv. primæ
 Decadis libro nono. Posteaquam perpelli nequibat, inquit,
 consilio haud abhorrente ab ingenio hominum, eos aggrediuntur.
 Die festo alii alios, per speciem celebrandum cantu epularum,
 invitant, & vino, cuius avidum ferme genus est, oneratos
 sopiunt, atque in plaustro fomo victos coniciunt, ac Romam
 deportant. Nec prius sensere, quàm plaustri in foro relicti,
 plenos crapulæ lux eos reliquit. Erasim Adag. Bogislaus
 Sclavorum dux, à Canuto Danorum rege, & Absalone
 Lundeni Archiepiscopo, convivio cum amicis exceptus, potu
 nimis avidè sumpto, ad vites sensumque eruit, ut descendere
 servituti loco, libertatis gaudia representarit. Igitur à nave
 elatus in tenoritur, ab Absalone XL. armatis H ante
 tabernaculi fores excubantibus custoditus est. Tanta
 fiquidem apud Danos servandorum hospium sedulitas existere
 consuevit, ut corum saluti petendè ac propria studeant.
 Quo beneficio obligatus Bogislaus, Sclavorum animos
 Danis conciliando, debitam Absaloni gratiam retulit. Manè
 expergefactus, Danorum fidem laudans, plus voluptatis
 se ex percepta Absaloni humanitate, quàm tristitia ex
 patriæ jactura sentire dixit. Igitur ad locum, in quo militis
 procubant, relatus, postero die Sclavice nobilitatis
 proceribus adductus, cum conjuge se & liberis ad pedes
 suppliciter abiecit, veniamque rebellionis precatus, ob
 fistibus datus, impetravit. Saxo lib. 16. Stuprum, Libido.

Loth, quem Sodomorum & Gomorthorum impietas vincere non
 potuit, à vino victus, cum propriis filiabus incestum
 commisit. Genesios 19. cap. Centauri vino madidi in nuptiis
 Hippodamie, & Pyrrithoi Lapitharum rapturi uxores,
 cruento prælio à Lapithis, Thefei & Pyrrithoi fortitudine,
 superati sunt.

Quo 2 Daphnis.

A Caphus pastor, quod ebrius cum alia femina congressus esset, ut a nymphe ei fuerat prædictum, utroque est caprus lumine. *Suid.*
 Cyanippus Syracusanus ebrius, occurrentem in tenebris filiam Cyanem, relucantem violavit. *Dositheus lib. 3. rerum Sicularum, apud Plut. in Parallelo.*
 Aruntius hidropota, in Bacchanalibus Romæ ebrietate captus, filiam Medullinam corripuit, quæ dempto amatori annulo patrem esse agnovit. *Arifides lib. 3. apud eundem. Largitio, concessio iniusta.*
 Bela Ungarorum rex, cæcus, pacato regno, à tumultu Ruteno ociurnus nactus, cum amicis comessari, & in multam noctem convivia protrahere solebat. Multo meto gravatam principem aulicis in petendo imprudentissimi adorabant, & sæpe impetrabant iniquissima, quæ non facile rescindere poterat. Pochum & Satlem sacre religioni initiatos, in convivio exoratus, tradidit inimicis trucidandos. Tandem hydropsi corceptus nono regni sui anno naturæ cessit, *salutis 1141. Bonf. l. 6. Dec. 2.*
Credulitas.
B Cambyfes rex Persarum, ebrius, cum è Perxaspe satrapa audivisset, Perxas de eo propter temulentiam malè loqui, ita percutus, Perxaspis F. pocillatorem in medium produci iussit, & arcum intendens, lagitta cor ejus transiit. *Herod. lib. 3.*
 Alexander Magnus per ebrietatem præcipuos amicos interfecit: Clitum, qui in mensa Philippum Alexandro prætulit: Philotam, Parmenionem, Callisthenem philosophum, Aristotelis propinquum, quem inter charissimos habuerat. *Plutarchus, & Curtius.*
 Scythæ & Thraces ἀκρωτάριον vocantur, id est, merobibi: unde plerumque convivia illorum sanguinolenta sunt, & tumultuosa. *Erasmus in Adagio.*
 M. Antonius Triumvir volumen edidit de sua ebrietate, quo patrociniari sibi ausus, approbavit planè (ut equidem arbitror) quanta mala per temulentiam terrarum orbi intulisset. Exiguò tempore ante prælium Actiacum id volumen evomuit, quo facile intelligitur ebrius jam sanguine civium, & tantò magis eum sitiens. *Plin. lib. 4. cap. ult.*
 Lucius quidam tyranni fœtelis, vino madidus & furibundus, cum Miccam Phidolenti filiam moribus & forma præstantem ad stuprum sollicitaret, & illa renneret, occidit in sinu paterno jacentem. *Plur. cap. 15. de mul. virt.*
 Mero sese cum obruisset Michaelus Balbus Imp. multa absurda præcepit, quibusdam aures, aliis nares, nonnullis capiti amputari. Quæ ne fierent, Basilus Macedo obstitit: non tam dealis, quam de seipso sollicitus. *Cædrenus.*
 Cyrilli filius omnem patris disciplinam contemnens, & omnia bona abliguricens, ebrius piissimum patrem crudelissimè occidit, matrem pregnantem nequiter oppressit, sororem violare voluit, duas sorores alias ad mortem vulneravit. *August. Tom. 2. ser. 33. ad Fratres in exilio.*
 Oculorum lippitudine afflictus, medicum vitiatò lumini medelam flagitavit insignis potator ille: Facilis ea erit, inquit, modò fomitem & mali hujus causam tollas, potationem: ad quod ita pene succensus Bacchiola, Quid, inquit, potationem non fecero, ut quoad vivo delicias meas oculis possonam? Ergo, subinfert medicus, omni lumine privandus. Esto, ait Potor; malim certe cum jucunditate oculos perdere, quam cum dolore eos veribus in escam conservare. *Ant. Ser. controversal.*
D Immodestia, Imprudentia, Scurrilitas.
 Noe bibens immodicè vinum, quod plantarat, inebriatus & turpiter nudatus, à filio Chan derisus est in tabernaculo suo. *Gen. 9.*
 Hippoculus rex, cum vinolentus sponsam Chiorum adolescenti sibi familiarissimi indecore amplecteretur, ac immoderatius cum ea luderet, obruncatus est. *Pl. de virt. Mul. c. 3.*
 Chii calentes mero, quum Spartam venissent, ita sententia ad curiam Ephorum, in cutulibus magistralium sellis ventris onera per summam fœditatem deiecerunt. Hinc natum adagium, Chius omnia percaçans.
 Archelaus rex opiparum lautumque convivium amicis suis paraverat. Cumque inter pocula largius Euripides biberet, sensim in ebrietatem est delapsus. Deinde proxime sibi assidentem Agathonem tragicum poetam complexus, & excolatulis esse, annos circiter quadraginta natum. Agefilao interrogante, Num adhuc in deliciis habendus videretur? respondens: Per Jovem, inquit, non enim ver solum est formosorum optimum, verum etiam autumnus. *Ælian. var. hist. lib. 13.*
 Cratinus, antiquè comediæ poeta, Atheniensis, vini adeò

fuit appetens, ut supra pelles recumberet, & in iisdem etiam mejeret. In proverbium ergo abiit, Cratini *νάδον*, id est, Pellis villosa, turpis & putrida. *Gyrada. hist. Poetarum. dial. 6.*
 Sybarite primi matulas symphosius intulerunt. *Arif. 12. c. 6.*
 Chryppus dialecticus insignis, in potationibus dormire solebat, crura agitant: ita ut ancilla diceret, Chryppii sola crura non esse ebria. *Laert. lib. 7.*
 Servorum, quando in Saturnalibus coenant, vel Bacchanalia ruri circumstantes agunt, haud ferat ululatum & tumultum, dum præ gaudio insolentia designant, & loquuntur ineptissima. *Plur. contra Epicurum.*
 De Rom. Juvenù temulentia locus est apud Juven. *Sat. 5.*
 — laudare paratus,
Si bene ructavit, sive sum minxit amicus.
Si nulla inverfo crepitum dedit aure fundo.
 De eo loquitur, qui postquam calicem exhanxit, in ipso fundo ructanti sibilo crepitum facere non veretur, idem crimen bis arguens. Vel de eo, qui postquam vini calicem hausit, id quod remansit, ita illud pavimento, ut retonet. Quod insolentissimi animi, audacis & petulantis, nimiaque securitatis fuisse liquet: quem abulum apud compositores & helluones impuros, qui scortis vinoque madidi, & epulis distenti erant, Græcis invaluisse, multi adnotaverunt: ita ut ludus inde convivalis foret, quem Cottabum nominant, cum residuum potum in æneas phialas jactarent, qui si sonantior creperet, se ab amica redamari, & mutuo affectu teneri putabant. *Alex. lib. 3. cap. 10.* ubi trullam vas vinarium esse convinct.
 Juvenalis de Muliere vinosa, *Satyr. 6.* sic scribit:
 — tanquam alta in dolia longus
 Deciderit seipsum, bibit & vomit.
 M. Antonius Triumvir, ebrius, in conspectu pop. Romani, negotium publicum gerens, vomit: ac gremium suum totumque tribunal, incoctæ carnæ frustis, vinumque redolentibus replevit. *Plur.*
 * Paucis adhuc annis, narrat *Io. Frid. Matens. c. 11. lib. 1. de rit. bib. ad Samit.* in quadam celebri civitate imperii, institutum fuit convivium, in quo certabatur poculorum poculicis, hac lege, ut omnes biberent abique pudore, immanes scyphos, super sanitate Principum: 2. ut omnes haullus unico tractu deglutirent: 3. ut ante solem orientem nemo pedem efferret: denique ut quidquid natura ejiceret vellet, id clausis valvis & senectis, omnibus inspectantibus, in mensa poneretur: 4. purcritatem pliquam belluina in d. conclave porcorum potius, quam vitorum!
Arcanorum evulgatio.
 Tiberius Cæsar potius arcana omnia effudit. *Sveton.*
 * Bonus Hispanicus, ut narrat ex Flavio Vopisco Aventinus, qui apud Imp. Aurelium sumo in honore erat, si quado Germanorum legati advenissent, omni studio eis inebriare conabatur, ut per vinum secreta ab eis agnosceret. Hinc bene *Horat. Quid non ebrietas designat aperta claudit, &c.*
Somolentia.
 Alexander Magnus ob temulentiam sepius duos dies dormiebat ac duas noctes, quod ex Ephemeridibus hoc cognoscere licet, ab Eumene Cardiano, Diodoroque Erythæo compositis. *Athen. lib. 10. cap. 11.*
Morbis.
 Polyphemus Cyclops, haulto largius vino, ab Ulyffe excaecatus est. *Homer. 9. Odyss. & Virgil. 3. Aeneid.*
 Cleomencem Lacedæmonium regem non solum multu bi-H bisse perhibent, verum etiã prava illa Scytarum consuetudine præditum fuisse, ut vinum merum biberet. Itaque ad infania redactus est. *Ælian. l. 2. de var. hist. Polyd. l. 5. hist. & Herod.*
 Domum quandam in Agrigento hujusmodi de causa fuisse Tirimem appellatam, Timæus Taurominatus scripsit reliquit. Juvenes quidam, vino calefacti, eò usq; dementia processerunt, ut se in tritremi navigare, & mare magnopere esse perturbatum, arbitrantur. Omnem domus suppellectilem unà cum lectis projecerunt, quasi navis gubernator navem exonerari oportere dixisset. Jacebant interea nautæ bundi, & supervenientes militum duces tanquam Tritones adorabant, & si portum attigissent, *σάρπη* iis se perfoluros, liberalissimè pollicebantur. Tertio vix demum die ad se reverti sunt. Hinc domus illa Tirimem dicta est. *Athen. lib. 2. cap. 1.*
 Alexander Magnus ob ebrietatem in veterem fuit legior: acris tamen & iracundus, quorum causa corporis fuit feror. *Plur. lib. 1. Con. quest. 6.*
 Dionysius minor, Syracusanorum tyrannus, ex ebrietate oculorum debilitate laboravit. *Plur. in Diane.*

A ENNIVS ex nimio potu articulare morbum contraxit, quo extinctus est. *Alex. ab Alex. lib. 5.*
 Vindex Crispus, summus Virelli Imp. amicus, ob nocturnas comestiones in morbum gravissimum incidit: ex quo cum parum convalescisset, dixisset amicos ferrat: Omnino se fuisse petiturum, nisi ad tempus tam graviter ægrotasset. *Xiphilinus in Velleio, & Svetonio.*
Vite periculum, Mors.
 Vide Titulum Crapula mortui.
 Amnon filius Davidis in convivio ab Absalon fratre, Thamar fororis suprum vindicante, temulentus occidit. *1. Reg. 13.*
 Holofernes Nabuchodonosoris regis dux, cum Judith ad convivium invitasset, & multum vini hausisset, ejus sollicitandæ causâ, ab ea dormiens jugulatus est. *Judith cap. 13.*
 Simon sacerdos cum duobus filiis à Ptolemæo Abob filio ad convivium vocatus & inebriatus, cum filiis occisus est. *1. Mach. 15.*
 Elphenor Ulyssis socius, apud Circem vino largius hausto, impositi animi factus, scalarum lapsu exanimatus est. *Ovidius lib. 4. Metam.*
 Alexander Magnus à magna potatione denegate erubuit Midio invitanti & conjuncti ipsium denud in vinum, unde perit. *Plur. in præceptis salubribus.*
 Riglus Pancratista, vocatus summo diluculo à Tito Cæsare in balneum, venit lavitque cum eo: atque postquam semel bibit, ut fama est, corceptus apoplexia, extemplo exspiravit. *Id. ibid.*
 Scribit *Polyb. l. 2. & Ælian. l. 2. var. hist.* Agronem Illyriorum regem, qui magnopere gloriabatur se Atolus vicisse, in ebrietate conversum, laterum dolore caprum interisse.
 Philostratus in balneo Sinuesis ebrius factus, scalarum lapsu pene extinctus est. *Martial. lib. 11.*
 Pene imitatus obit seivis *Marcellianus.*
 Anacreon Tejus Poeta, cum vino liberalius indulgeret, uno acino suffocatus est.
 Hipparchus tyrannus, Dionysii filius, ob temulentiam jugulatus fuit. *Athen. lib. 10. cap. 13.*
 Aristus Sveonum rex, dum Rolonius Danorum regis, à quo tributarius factus erat, inferias per summam animi hilaritatem convivio celebraret & potione avidius sumpta, impenitentiam pœnas pependit. Ita dum alienum factum impenitentibus lætitiæ modis excolit, proprium sibi advicit. *Saxo l. 3. Honoris pœna.*
 Metrodorus Epicureus ad Timocratem fratrem sic scribit: Nihil refert nos sapientia causa à Græcis coronas non conseq; sed plurimum refert comedere & bibere vinum sine noxa ventris & cum titillatione. Item: Quantum gaudeo, quod ventri probe indulgere ab Epicuro didicerim! Etenim circa vitæ, nature indagator Timocrate, summum bonum est. *Plur. contra Epicuri sententiam.*
Clades.
 Tit. Hostem vino effeminare: Securitatem hosti injicere.
 Massageta cum largius vinum bibissent, à Cyro Persarum rege victi sunt, à quo sobrie viventes turti fuerant. *Herod. lib. 1.*
 Cum Celæ cum Arizis bellum gererent, cœnam sumptuosissimam pararunt in tentoriis, ac herbam quandam imposterunt venenatam. Castra deserta cum Arizæ invassissent, vino sese ingurgitantes, miserè perierunt. *Athen. lib. 10. c. 14.*
 Baecios incurstantibus Thracibus, cum in Trophonii antro fugissent, ique per somnum dixisset, Bacchum illis adiutorem fore: ebrios aggressi Thracæ, Bacchi redemptoris ædem condiderunt, ut scribit Heracles Ponticus. Aristophanes verò tradit, hoc eò factum, quod Thebani vitem à Naxiis redemerint. *Suidas in dicit. Xenocrata.*
Captivitas.
 * Samson vino somnoque sepultus, Dalitz perfidia crudelissimis inimicis traditur. *Judith cap. 16.*
 Spargapiles Tomyridis Massagetarum reginæ F. à Cyro captus, cum se liberalius vino ingurgitasset: postquam ad se rediit, & ubi locorum esset, cognovit, exoravit à Cyro, ut vinculis solveretur. Solutus, manus sibi ipsi intulit. *Herod. lib. 1.*
 * Alega vel Alegus Rex Cazansenium Tartarorum III. cum mandatis Molchi non obtemperaret, ab ipsius proceribus vel consiliariis, quos ibi, ut regis animum explorarent, habebat, aliquando in convivio inebriatus, atque in vehiculum conjectus, ac si demum veli deberet, in Molchoviam ductus est eadem nocte. Aliquamdiu apud se detentum Molchus in Vvolachdam misit, ubi in vinculis reliquam vitæ E exegit: Matrem verò ejus Bicoiferum relegavit. *H. Henning. in Genæl.*

RHYTHMVS COMBIBONIBVS DICATVS
quem in Bacchi palæstra decantant illius Alumnus.
 Io Io Io
 Gaudeamus Io Io,
 Dulces Homeriaci.
 Noster vates hic Homerus,
 Dithyrambi dux sincerus,
 Pergræcatur hodie.
 Hæc est illa bona dies,
 Et vocata læta quies,
 Vina srientibus.
 Nullus metus nec labores,
 Nulla cura nec dolores,
 Sint in hoc Symposio.
 Vultis mecum jam potare,
 Et Lyæum exaltare,
 Dulces Homeriaci?
 Qui potare cupit mecum,
 Licet merum portet secum,
 Vina plena tribus
 Ecce tibi Trebulani,
 Apportamus & Albani
 Centum plenos urceos.
 Sed quis nobis ministrabit,
 Et quis præsto vinum dabit
 Gratum sitientibus?
 Hic habemus Thomasinum
 Cognoscentem bonum vinum,
 Primo gustu subitò.
 Hic ridendo propinabit,
 Et bibendo provocabit
 Omnes Homericos.
 Audi bone Thomasine,
 Græcè bibens, & Latine,
 Tuum fac officium.
 Est jam tempus, ut potemus,
 Et post potum sic oremus,
 Descedentes genua.
 Bacche vates combibonum,
 Et amator histriionum,
 Vina da merentibus.
 Tibi vora, preces damus,
 Tibi fausta delibamus,
 Et potamus jugiter.
 Sed orastis: jam levate,
 Et crateras coronate,
 Ut bibatis iterum.
 Felix est ter, felix quater,
 Cui dat potum Bacchus pater,
 Despumante Cantharo.
 Nelucernæ extinguantur,
 Et potantes moriantur,
 Date nobis oleum.
 Vos Germani, vos Hispani,
 Vos Insulbes, vos Britanni,
 Bibite pro viribus.
 Sed vos rogo, dum potatis,
 Ter quaterque videatis
 Ne frangatis urceum.
 Omnes fores sunt vinoi,
 Et potantes animosi,
 Dicit Aristoteles.
 Omnis Doctor, omnis Rector,
 Bacchi patris fit protector
 In æterna fecula.
 Dulce dulci miscatis,
 Ex hoc in hoc factatis,
 Ut potetis dulcius.
 Bacche vatium magne pater,
 Et qui solus es bimater,
 Et formosus diceris:
 Qui Delphinos amatores
 Puerorum, & potores
 Feris mices Lyncibus:
 Ooo 3 Tecum

